



Facultas Theologica Universitatis Sedinensis

(University of Szczecin ♦ Faculty of Theology)

Pp. Pawła VI nr 2

71-459 Szczecin

Polonia

tel. (0048) 914441451

Anni currentis autumnus, die quinta sextaue mensis novembris (5/6.11.2015) in aedibus Facultatis Theologicae Universitatis Sedinensis conventus instituetur, qui inscribitur

De sanctis et de sanctitate in litterarum monumentis novo aevo Latine scriptis

Quaestio, an homines eximios pietate sua sanctos appellare liceret, magni momenti fuit saeculo sexto decimo et aetatibus sequentibus. Gravis profecto controversiarum illius temporis dici potest. Et reformatores ecclesiastici et catholici scriptis vehementibus rationes suas pervulgaverunt. Ad tempus nostrum plura monumenta, testimonia praeteritae epochae, exempli gratia decreta et diaria Synodus Tridentinae, libri precum, opera hagiographica, apologetica, polemica alteriusque generis scripta servata sunt et pervenerunt. Nonnulla ad historiam attinent et oratione soluta expressa sunt, alia metro et versu inter poëticas species enumeranda. Varia ergo opera, modo scripta vario, variis de rebus, exprimentia varia velut haereditatem litterariam accepimus. Ad varietatem illam plenius monstrandam symposium Sedinense celebrabitur. Omnes peritos, omnesque qui scriptis saeculi sexti decimi, septimi decimi duodevicesimique se dederunt, magno cum gaudio invitamus. Qui poterunt textus ostendere in labore cotidiano investigatos. Exspectamus acroases, quae de vita electi sancti vel sanctae, de orationibus et melioris styli textibus, de collectionibus hagiographicis, de descriptionibus canonisationum, de liturgia sanctorum et aliis de rebus coniunctis tractant.

Praelegendes duodecim minutas habebunt ad rem suam explicandam. Inscriptiones usque ad diem 31 mensis augusti petuntur. Acroases lingua Latina vel lingua Vestra vernacula proclamanda erunt. Notandum est, quod maiorem partem participum Poloni constituent. Plures eorum lingua sibi propria utuntur. Thesim, qua oratio inscribitur et brevem articulum via interretiali ad nos mittite. Inscriptio infra:

classin@op.pl

Indicem personarum praelegendium et programma ad diem 15 mensis septembris Vobis mitemus. Causa hodiernarum regularum in Polonia vigentium, quibus libri aestimantur, nullam monographiam typis edere postulamus. Acroasis, si libet, in ephemeride Sedinensi, quae "Colloquia Theologica Ottoniana" vocatur, pervulganda possit.

Multae viae Sedinum adveniendum Vobis patent, exempli gratia via ferrea, qua urbs nostra aliis cum magnis civitatibus, (Varsovia capite Poloniae terrae inclusa) coniuncta est et strata autocinetica numero 11 signata, qua de capite Germaniae Berolino iter faciendum possit. Urbs nostra etiam portum et aëroportum proprium habet. Ne iter nimis diuturnum sit, aëroportum Vobis Sedinum vel non procul situm Berolinum advehendum erit.

Sedini multas possibilitates pernoctandi invenietis. Qua de causa nullas habitationes participibus praeparamus. Devorsoria, quae non procul a Facultate Theologica sita sunt, "Atrium" (♦♦♦♦), "Gryf" (♦), "Sztukateria" (♦♦) vocantur. Alia hospitia vel xenodochia, quorum nomina toto in orbe terrarum nota sunt, exempli gratia "Radisson Blue", "Novotel", "Campanile", "Focus", "Ibis" apud nos adsunt et funguntur.

Pretium institutionis 60 £ vel 75 \$ (includitur praesertim pretium ciborum et rerum auxiliarium). Pecunia ad hunc locum officinae argentariae assignetur: University of Szczecin, al. Jana Pawła II nr 22a, Szczecin 70-453; IBAN: PL 46 1050 1559 1000 0022 8790 4474; BIC (SWIFT): INGBPLPW. Loco, ubi titulus sive causa pecuniae solutae legitur, inscribite quaeso: **"Subkonto 0059"**



LOCUS CONVENTUS: Aedes Facultatis Theologicae Universitatis Sedinensis (University of Szczecin), Pp. Pawła VI nr 2 (via papae Pauli sexti ♦ aedificii numerus 2); civitas: Sedinum (Stettinum) (Polonice: Szczecin) (Germanice: Stettin)

TERMINI: * **ad diem 31 mensis augusti 2015** – thesis acroasis cum brevi articulo mittenda est ** **die 15 mensis septembris** – numerum participum concluderimus et vulgabimus *** **ad diem 10 mensis octobris** – pretium institutionis solvendum est **** **5-6 mensis novembris** – conventus agetur

Quam optime valeatis!
rev. Dr. hab. Jarosław Nowaszczuk